

# LITURGIA HORARUM

Tomo III

eBOOK  
*textus latinus originalis*

 Breviario  
digitale.it

In copertina - cover:

*Basilica Sancti Sepulchri, Culmen - Jerusalem (© Stefania Venturino)*

*“Libreria Editrice Vaticana omnia vindicat iura.  
Sine ejusdem licentia scripto data nemini leceat  
hunc Compendium denuo imprimere  
aut in aliam linguam vertere”.*

© Copyright 2010 per i testi - *text*

Libreria Editrice Vaticana - *Vatican Publishing House*  
00120 Città del Vaticano

© Copyright 2014 per l'edizione digitale - *digital edition*

EvolutionBook S.r.l.  
00174 Roma (Italy)  
Breviario Digitale®  
17019 Varazze (Italy)

impaginazione - *digital layout and pdf print:*

[www.marivalerio.com](http://www.marivalerio.com)

© Breviario Digitale® 2014 - *Digital Breviary*

17019 Varazze (Italy)

ISBN 9788890909948

[www.breviariodigitale.it](http://www.breviariodigitale.it) - [www.digitalbreviary.com](http://www.digitalbreviary.com)

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

# LITURGIA HORARUM

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III  
© Breviario Digitale  
2014

tomo III

*pag. 4*

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

© Copyright 2010 - Libreria Editrice Vaticana  
00120 Città del Vaticano  
Tel. 06.698.85003 - Fax 06.698.84716

~~ISBN 978-88-209-8438-0~~

OFFICIUM DIVINUM  
EX DECRETO SACROSANCTI ŒCUMENICI  
CONCILII VATICANI II INSTAURATUM  
AUCTORITATE PAULI PP. VI PROMULGATUM


# LITURGIA HORARUM

IUXTA RITUM ROMANUM

EDITIO TYPICA ALTERA

III

TEMPUS PER ANNUM  
HEBDOMADÆ I - XVII



LIBRERIA EDITRICE VATICANA  
MMX

tomo III

pag. 5

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



## SUMMARIUM

## DE TEMPORE

## SOLLEMNITATES

## ORDINARIUM

## PSALTERIUM

## COMPLETORIUM

Decretum S. Congregationis pro Cultu Divino, 11 aprilis 1971 . . . . .	7
Decretum Congregationis pro Cultu Divino, 7 aprilis 1985 . . . . .	8
Calendarium Romanum generale . . . . .	17
Proprium de Tempore . . . . .	29
Sollemnitates Domini tempore per annum occur- rentes . . . . .	503
Ordinarium . . . . .	563
Psalterium per IV Hebdomadas distributum . . .	587
Completorium . . . . .	1105
Psalmodia complementaris . . . . .	1123
Proprium de Sanctis . . . . .	1131
Communia . . . . .	1423
Officium defunctorum . . . . .	1683
Appendix . . . . .	1717

## REDITUM

## COMPLEMENTARIS

## SANCTIS

## COMMUNIA

## DEFUNCTORUM

## APPENDIX

## INDICES



## SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1000/71

### DECRETUM

Horarum Liturgia, quam ex antiqua consuetudine diei decursu celebrare consuevit, Ecclesia præceptum Domini adimplet de oratione numquam intermittenda, simulque laudes Deo Patri persolvit et pro mundi salute interpellat.

Quapropter Concilium Vaticanum II, traditam Ecclesiae disciplinam plurimi faciens, eandemque renovare cupiens, sollicite curavit, ut huius precatationis apta fieret instauratio, quo melius ac perfectius sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiae membris in hodiernis rerum adiunctis peragi posset (cf. Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 84).

Opere nunc instaurationis ad exitum perducto, et a Paulo PP. VI approbato per Constitutionem Apostolicam *Laudis canticum*, die 1 novembris 1970 signatam, Sacra hæc Congregatio pro Cultu Divino librum, lingua Latina exaratum ad celebrandam Liturgiam Horarum iuxta ritum Romanum, evulgandum curavit, eiusque editionem, quæ nunc exhibetur, typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex Ædibus Sacræ Congregationis pro Cultu Divino, die 11 aprilis anni 1971, dominica Paschæ in Resurrectione Domini.

ARTURUS Card. TABERA  
Præfectus

A. BUGNINI  
a Secretis

Decretum

tomo III

pag. 7

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III  
© Breviario Digitale  
2014



## CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 1814/84

### DECRETUM

Liturgia Horarum, ex decreto Sacrosancti Œcumenici Concilii Vaticani II anno 1971 instaurata, utpote Ecclesiæ oratio, qua laudibus, gratiarum actionibus ac deprecationibus universus horarum diei cursus necnon cuncta humana operositas sanctificantur (cf. *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, nn. 2 et 11), postulat ut spirituales divitiæ, quæ ipsi sunt propriæ, profundius penetrentur per interiorem intellectionem textuum, qui in communi oratione Ecclesiæ Ritus Romani tradito more usurpantur.

Ad hunc finem facilius assequendum, editio typica altera Liturgiæ Horarum, quæ post quattuordecim annos in lucem prodit, tamquam notam sibi propriam exhibet textum Novæ Vulgatæ Bibliorum Sacrorum editionis, qui pro textu versionis Vulgatæ antehac usitato, ad normam Constitutionis Apostolicæ Summi Pontificis Ioannis Pauli II *Scripturarum Thesaurus*, die 25 aprilis 1979 datæ, necessario nunc substituitur.

Singula autem quæ peculiaria sunt præsentis editionis ita pressius in sequentibus describuntur.

1) Versio Nova Vulgata adhibita est pro lectionibus biblicis Officii lectionis et Vigiliarum, item pro lectionibus brevibus Laudum, Vesperarum, Horæ Tertię, Sextę, Nonę et Completorii pariterque pro omnibus canticis Veteris et Novi Testamenti.

Decretum

tomo III

pag. 8

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



2) Quidam biblici textus, qui in priore editione indicati desunt in Novæ Vulgatæ versione, vel in ista aliam induunt significationem, ita ut minus apti evadant ad finem ob quem sunt selecti, non amplius inveniuntur atque eorum loco aptiores textus proponuntur.

3) Psalmorum textus, in editione Novæ Vulgatæ ulterius revisus, talis in hac Liturgiæ Horarum editione assumitur.

4) Responsoria Officii lectionis iuxta textum Novæ Vulgatæ sunt revisa, nisi forte peculiaris ratio compositionis vel traditionis vel musicæ melodiæ vel liturgicæ notæ immutationem textus excluderet.

5) Novæ antiphonæ *ad Benedictus* et *ad Magnificat* Evangelio, ex quo depromuntur, conformes in dominicis et sollemnitatibus plerumque sunt inductæ.

6) Hymnorum redactio refertur, sedula cura perpolitata.

7) In lectionibus biblicis longioribus, in psalmis et canticis tum Veteris quam Novi Testamenti singuli versiculi propriis ornantur numeris, prout in Bibliorum libris communiter prostant.

8) In præsentī editione psalmi duplici prænotantur numero. Primo loco numerus signatus est, quem versio græca, a Septuaginta nuncupata, antiqua Vulgata versio et usus a Patribus et Liturgia traditus semper prætulerunt. Numerus vero textui hebraico peculiaris, et sæpe nostris diebus in editionibus et dissertationibus adhibitus, secundo loco additur, inter uncas.

9) In appendicem alii additi sunt textus, nempe formulæ benedictionis sollemnis et actus pænitentialis ex Missali Romano deprompti.

Quæ notæ supra indicatæ necnon ceteræ minoris momenti immutationes inductæ finem habent ulterius favendi illi suavi ac fructuosæ intellegentiæ ne-

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

cessitudinum, quæ intercedunt inter celebrationem Liturgiæ Horarum et eucharisticam celebrationem necnon vero inter istas et annum liturgicum, qui « peculiari sacramentali vi et efficacia pollet eo quod ipse Christus est qui in suis mysteriis, vel in Sanctorum, præcipue vero Matris suæ, memoriis, immensæ misericordiæ iter pergit, ita ut christifideles Redemptionis mysteria non modo commemorent ac meditentur sed ea attingant, cum eis communicent ac per eadem vivant » (*Cæremoniale Episcoporum*, n. 231).

Hanc editionem alteram Liturgiæ Horarum Summus Pontifex Ioannes Paulus II Auctoritate Sua Apostolica approbavit et Congregatio pro Cultu Divino nunc promulgat atque typicam esse declarat. Quapropter ipsa editio, lingua latina exarata, statim ac prodierit vigere incipiet; editiones autem linguis vernaculis, ad normam editionis typicæ alterius apparatus, a die quem singulæ Conferentiæ Episcoporum statuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis pro Cultu Divino, die 7 aprilis 1985, dominica Paschæ, in Resurrectione Domini.

✠ AUGUSTINUS MAYER  
Archiep. tit. Satrianensis  
Pro-Præfectus

✠ VERGILIUS NOÈ  
Archiep. tit. Voncariensis  
a Secretis

Decretum

tomo III

pag. 10

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

# MEMORIA SANCTÆ MARIÆ IN SABBATO

Sabbatis per annum, quibus permittuntur memoriae ad libitum, celebrari potest, eodem ritu, memoria ad libitum Sanctæ Mariæ.

## Ad Invitorium

**Ant.** Christum, Fílium Mariæ, veníte, adorémus.

**Vel:** Memóriam beátæ Mariæ Vírginis celebrántes, iubilémus Dómino.

**Psalmus invitatorius, ut in Ordinario, 565.**

## Ad Officium lectionis

### HYMNUS

Quem terra, pontus, æthera  
colunt, adórant, prædicant  
trinam regéntem máchinam,  
claustrum Mariæ báiulat.

Cui luna, sol et ómnia  
desérviunt per témpora,  
perfúsa cæli grátia  
gestant puéllæ víscera.

Beáta mater múnere,  
cuius, supérnus ártifex,  
mundum pugíllo cóntinens,  
ventris sub arca clausus est.

Beáta cæli núntio,  
fecúnda Sancto Spíritu,  
desiderátus géntibus  
cuius per alvum fusus est.

Iesu, tibi sit glória,  
qui natus es de Vírgine,  
cum Patre et almo Spíritu,  
in sempitérna sæcula. Amen.

Memoria

Sanctæ Mariæ

in sabbato

Ad Invitorium

pag. 1475

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



Vel:

O virgo mater, fília  
tui beáta Fílii,  
sublímis et humíllima  
præ creatúris ómnibus,

Divíni tu consílii  
fixus ab ævo términus,  
tu decus et fastígium  
natúræ nostræ máximum:

Quam sic prompsísti nóbilem,  
ut summus eius cónditor  
in ipsa per te fíeret  
arte miránda cónditus.

In útero virgíneo  
amor revíxit ígneus,  
cuius calóre gérminant  
flores in terra cælici.

Patri sit et Paráclito  
tuóque Nato glória,  
qui veste te mirábili  
circumdedérunt grátia. Amen.

Vel hymnus María, ut ad I Vesperas de Communi,  
1448.

Antiphonæ, psalmi, versus et lectio prior cum suo  
responsorio, de sabbato currente.

#### LECTIO ALTERA

Lectio altera sumitur ad libitum vel de Communi B.  
Mariæ V., 1459-1463, vel ex sequentibus, vel de sabbato  
currente, cum suis responsoriis:

Ex Sermónibus sancti Procli Constantinopolitáni  
epíscopi

(De Nativitate Dómini, 1-2: PG 65, 843-846)

*Amator hominis factus est homo, natus de Virgine*

*Læténtur cæli désuper, et nubes dépluant iustí-  
tiam, quia misértus est Dóminus pópuli sui. Læténtur*

Memoria

Sanctae Mariae

in sabbato

Ad Off Lectionis

pag. 1476

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



*cæli désuper*, quia cum ipsi ab initio crearéntur, Adam páriter a Creatóre de vírgine terra formátus fuit, Deíque amícus et familiáris appáruit. *Læténtur cæli désuper*, quia nunc per Dómini nostri in carne dispensatióem sanctificáta terra est, atque humánnum genus de idololatriæ sacrificiis liberátum fuit. *Nubes autem dépluant iustítiam*, quia hódie Evæ error ablátus fuit et condonátus per Vírginis Mariæ puritátem, perque Deum simul et hóminem ex ipsa natura. Hódie Adam, post véterem damnatióem, ex horrénda illa noctis senténtia liberátus fuit.

Natus est ígitur ex Vírgine Christus, a qua carnem per œconomíæ ratióem sumpsit, ut ipsi est líbitum: *Verbum caro factum est, et habitávit in nobis*; atque idcírco Virgo Dei mater evásit. Iam vero Virgo, mater est, quia Verbum incarnátum sine sémine édidit; sic tamen ut virginitátem retíneat, propter mirábilem illíus, qui sic vóluit, nativitátem. Ipsa mater est secúndum substántiam natúræ humánæ divíni Verbi, quod in ipsa incarnátum est, et appáruit, atque unítum est, iuxta sapiéntiam ac voluntátem eius qui prodígia operáitur. *Ex ipsis Christus in carne*, ut ait Paulus beátus.

Etenim ipse fuit, qualis nunc est, qualísque erit et permanébit; homo tamen nostri grátia factus est; amátor hóminis factus est homo, id quod ántea non erat; sed homo factus est, Deus simul manens absque ulla immutatióne. Factus est ígitur símilis mihi propter me, factus est quod non erat, rétinens tamen id quod fúerat. Dénique factus est homo, ut próprias effíciens passióes nostras, idóneos nos adoptióri in fílios reddat, concedátque illud regnum, cuius útinam nos dignos effíciat grátia et misericórdia Dómini Iesu Christi, cui cum Patre et Spírítu Sancto glória est, honor et potéstas, nunc et omni témpore et per sáecula sæculórum. Amen.

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

**R.** Descéndet sicut plúvia in vellus; \* Et replébitur maiestáte Dei omnis terra.

**V.** Ecce tabernáculum Dei cum homínibus; et habitábit cum eis, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.  
\* Et replébitur.

Vel alia:

Ex Sermónibus beati Guerríci abbátis

(Sermo 1 in Assumptione beatæ Mariæ: PL 185, 187-189)

*Maria, mater Christi et mater christianorum*

Unum María génuít qui, sicut únícus est Patri in cælis, ita únícus est matri in terris. Ipsa tamen única virgo mater, quæ se Patris únicum genuísse gloriátur, eúndem únicum suum in ómnibus membris eius ampléctitur; omniúmque in quibus Christum suum formátum agnóscit vel formári cognóscit matrem se vocári non confúnditur.

Eva vetus illa, non tam mater quam novérca, quæ fíliis ante propinávit præiudícium mortis quam inítium lucis. Dicta est quidem *mater cunctórum vivéntium*; sed invénta est vérius interféctrix vivéntium, seu génetrix moriéntium, cum suum generáre nihil áliud sit quam mortem ingeneráre. Et quia illa non pótuit fidéliter interpretári nomen suum, ista implévit mystérium, quæ et ipsa, sicut Ecclésia cuius forma est, mater est ómnium ad vitam renascéntium. Mater síquidem est vitæ qua vivunt univérsi, quam dum, ex se génuít, nimírum omnes, qui ex ea victúri sunt, quodámmodo regenerávit.

Porro beáta mater illa Christi, quia se matrem christianórum cognóscit ratióne mystérii, cura quoque se matrem eis præstat et afféctu pietátis. Neque enim durátur ad fílios quasi non sint sui, cuius víscera semel quidem feta, sed numquam éffeta, numquam désinunt fructum parturíre pietátis.

Si servus Christi filíolos suos íterum atque íterum párturit cura et desidério pietátis, *donec formétur in eis*

Memoria

Sanctæ Mariæ

in sabbato

Ad Off Lectionis

pag. 1478

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



*Christus*, quanto magis ipsa mater Christi? Et Paulus quidem genuit eos, verbum veritatis quo regenerati sunt praedicando; Maria autem longe divinius atque sanctius Verbum ipsum generando. Laudo quidem in Paulo praedicationis ministerium; sed plus miror ac veneror in Maria generationis mysterium.

Vide autem si non et filii matrem videntur agnoscere, dictante utique ipsis veluti quadam naturali pietate fidei, ut ad invocationem nominis eius primo vel maxime refugiant in omnibus necessitatibus et periculis tamquam parvuli ad sinum matris. Unde nimirum de his filiis puto non absurde intellegi quod per Prophetam promissum est ei: *Habitabunt in te filii tui*; salvo dumtaxat intellectu quo de Ecclesia haec prophetia principaliter accipitur.

Et nunc siquidem habitamus in adiutorio matris Altissimi, in protectione ipsius commoramur tamquam sub umbra alarum eius, et postmodum in consortio gloriae ipsius tamquam in sinu ipsius confovemur. Tunc erit vox una laetantium et aggratulantium matri: *Sicut laetantium omnium nostrum habitatio est in te*, sancta Dei Genetrix.

## RESPONSORIUM

Mt 1, 20. 21; Mich 5, 4-5

**R.** Quod in Maria natum est, de Spiritu Sancto est; pariet autem Filium; \* Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

**V.** Magnus erit usque ad terminos terrae, et erit iste pax. \* Ipse.

## Vel alia:

Ex Homiliis sancti Ioannis Chrysostomi episcopi

(De coemeterio et de cruce, 2: PG 49, 396)

## *Adam et Christus, Eva et Maria*

Vidisti mirandam victoriam? vidisti crucis praeclara facinora? Dicam tibi quiddam adhuc mirabilius? disce modum victoriae, et tunc magis obstupesces. Per quae

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

enim diábolus vícerat, per éadem Christus eúndem devíctit, et accéptis quibus usus fúerat armis, eum debellávit; et quómo, audi.

Virgo, lignum et mors cladis nostræ fuérunt sým-bola. Virgo erat Eva: necdum enim virum cognóverat; lignum erat arbor, mors mulcta Adámi. At ecce íterum Virgo et lignum et mors, illa cladis sým-bola, ipsíus victóriæ sým-bola facta sunt. Nam loco Evæ est María; loco ligni sciéntiæ boni et mali, lignum crucis; loco mortis Adámi, mors Christi.

Vides eum, per quæ vicit, per éadem et victum esse? Circa árborem prostrávit diábolus Adámum, circa árborem debellávit Christus diábolum. Et illud quidem lignum mittébat ad íferos; at hoc étiam illos, qui iam eo descénderant, revocábat. Iterum lignórum álterum hóminem iam captum nudúmque occultávit; at hoc victórem nudum in alto ómnibus osténdit. Et illa quidem mors eos, qui post ipsam nati sunt, condemnávit; at ista mors étiam illos qui nati fúerant ante ipsam, resuscitávit. *Quis loquétur poténtias Dómini?* A morte immortáles facti sumus: hæc sunt crucis præclára fací-nora.

Intellexísti victóriam? intellexísti modum victóriæ? disce nunc, quómo et sine labóre et sudóre nostro victória hæc fúerit parta. Nos arma non cruentávimus, non stétimus in ácie, non accévimus vúlnera neque vídimus bellum, et tamen victóriam obtinúimus; certámen Dómini fuit, coróna nostra. Cum ergo et nostra sit victória, mílites imitémur, lætisque vóci-bus victóriæ laudes et cármina hódie decantémus; dicámus, Dómi-num laudántes: *Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua? ubi stímulus tuus, inférne?*

Hæc ómnia præclære facta crux nobis péperit: crux tropæum contra dæmones eréctum, gládius contra peccátum, gládius quo serpéntem confódit Christus; crux Patris volúntas, Unigéniti glória, Spíritus exsultá-tio, angelórum decus, Ecclésiæ secúritas, gloriátio Pauli, sanctórum murus, totíus orbis lumen.

Memoria  
Sanctae Mariae  
in sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 1480

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III  
© Breviario Digitale  
2014



## RESPONSORIUM

- R. Ad nutum Dómini nostrum ditántis honórem,  
\* Sicut spina rosam, génuít sic Eva Mariám.  
V. Ut vítium virtus operíret, grátia culpam.  
\* Sicut.

### Vel alia:

Ex Constitutióne dogmática *Lumen géntium*  
Concílíi Vaticáni secúndi de Ecclésia

(Nn. 63-65)

### *Maria typum Ecclesiae præbet*

Beáta Virgo divínæ maternitátis dono et múnere, quo cum Fílio redemptóre unítur, suísque singuláribus grátiis et munéribus, étiam cum Ecclésia íntime coniúngitur; Deípara est Ecclésiæ typus, ut iam docébat sanctus Ambrósíus, in órđine scílicet fídei, caritátis et perféctæ cum Christo uniónis.

In mystério enim Ecclésiæ, quæ et ipsa iure mater vocátur et virgo, beáta Virgo Mariá præcésit, eminénter et singuláriter tum vírginis tum matris exémplar præbens. Credens enim et obóediens, ipsum Fílium Patris in terris génuít, et quidem viri néscia, Spíritu Sancto obumbráta, tamquam nova Eva, non serpénti antíquo, sed Dei núnťio præstans fidem, nullo dúbio adulterátam. Fílium autem péperit, quem Deus pósuit *primogénitum in multis frátribus*, fidélibus nempe, ad quos gignéndos et educándos matérno amóre cooperátur.

Iamvéro Ecclésia, eius arcánam sanctitátem contémpans et caritátem ímitans, voluntatémque Patris fidéliter adímplens, per verbum Dei fidéliter suscep-tum et ipsa fit mater; prædicatióne enim ac baptísimo fílios, de Spíritu Sancto concéptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortálem génerat. Et ipsa est virgo, quæ fidem Sponso datam íntegre et pure custódit, et ímitans Dómini sui matrem, virtúte Spíritus Sancti, virgináliter servat íntegram fidem, sólídám spem, sincéram caritátem.

Memoria

Sanctae Mariae

in sabbato

Ad Off Lectionis

pag. 1481

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

Dum autem Ecclésia in beatíssima Vírgine ad perfectiónem iam pertíngit, qua *sine mácula et ruga* existit, christifidéles adhuc nitúntur, ut devincéntes peccátum in sanctitáte crescant; ideóque óculos suos ad Mariám attóllunt, qua toti electórum communitáti tamquam exémpLAR virtútum præfúlget. Ecclésia de ea pie recógitans eámque in lúmíne Verbi hóminis facti contémpLans, in summum incarnatiónis mystérium venerabúnda penítius intrat, Sponsóque suo magis magisque conformátur.

Maria enim, quæ, in históriam salutis intíme ingrèssa, máxima fídei plácita in se quodámmodo unit et revérberat, dum prædicátur et cólitur, ad Fílium suum eiúsque sacrificium atque ad amórem Patris credéntes ádvocat. Ecclésia vero, glóriam Christi prósequens, præcélso suo typo simílior effícitur, contínuo progrédiens in fide, spe et caritáte, ac divínam voluntátem in ómnibus quærens et óbsequens.

Unde étiam in ópere suo apostólico Ecclésia ad eam mérito réspicit, quæ génuít Christum, ídeo de Spírítu Sancto concéptum et de Vírgine natum, ut per Ecclésiám in córdibus quoque fidélium nascátur et crescat. Quæ Virgo in sua vita exémpLum éxstitit matérni illíus afféctus, quo cuncti, in missióne apostólica Ecclésiæ cooperántes, ad regenerándos hómines animéntur opórtet.

## RESPONSORIUM

**R.** Per Vírginem Mariám salus mundi credéntibus appáruit, \* Cuius vita ínclita cunctas illústrat Ecclésiás.

**V.** Beatíssimæ Vírginis Mariæ commemoratiónem devotíssime celebrémus, \* Cuius.

---

Ad libitum etiam sumi potest Lectio altera aut de memoria Immaculati Cordis B. M. V., 1280, aut de die 16 iulii, 1368.

Oratio, ut ad Laudes matutinas, 1486-1487.

Memoria  
Sanctae Mariae  
in sabbato  
Ad Off Lectionis  
pag. 1482

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

## Ad Laudes matutinas

### HYMNUS

O gloriósa dómina,  
excélsa super sídera,  
qui te creávit próvide,  
lactas sacráto úbere.

Quod Eva tristis ábstulit,  
tu reddis almo gérmine;  
intrent ut astra flébiles,  
sternis benígna sémitam.

Tu regis alti iánua  
et porta lucis fúlgida;  
vitam datam per Víginem,  
gentes redémp̄tæ, pláudite.

Patri sit et Paráclito  
tuóque Nato glória,  
qui veste te mirabíli  
circumdedérunt grátiā. Amen.

### Vel:

Quæ caritátis fúlgidum  
es astrum, Virgo, súperis,  
spei nobis mortálibus  
fons vivax es et prófluus.

Sic vales, celsa Dómina,  
in Nati cor piíssimi,  
ut qui fidénter póstulat,  
per te secúrus ímpetret.

Opem tua benígnitas  
non solum fert poscéntibus,  
sed et libénter sáepius  
precántum vota prævenit.

In te misericórdia,  
in te magnificéntia;  
tu bonitátis cúmulas  
quicquid creáta póssident.

Memoria

Sanctae Mariae

in sabbato

Ad Laudes matutinas

pag. 1483

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



Patri sit et Paráclito  
tuóque Nato glória,  
qui veste te mirábili  
circumdedérunt grátiaē. Amen.

*Vel hymnus Ave, maris stella, ut ad II Vesperas de  
Communi, 1469.*

*Antiphonæ et psalmi de sabbato currente.*

*Lectio brevis cum responsorio brevi ex sequentibus ad  
libitum sumitur:*

#### LECTIO BREVIS

*Gal 4, 4-5*

Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium  
suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui  
sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reci-  
perémus.

#### RESPONSORIUM BREVE

*R.* Post partum, Virgo, \* Invioláta permansísti. Post  
partum.

*V.* Dei Génatrix, intercède pro nobis. \* Invioláta per-  
mansísti. Glória Patri. Post partum.

*Vel:*

*Cf. Is 61, 10*

Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima  
mea in Deo meo, quia índuit me vestiméntis salútis et  
induménto iustítiaē circúmdedit me, quasi sponsam  
ornátam monílibus suis.

#### RESPONSORIUM BREVE

*R.* Elégit eam Dóminus, \* Et præelégit eam. Elégit.  
*V.* In tabernáculo suo habitáre facit eam. \* Et  
præelégit eam. Glória Patri. Elégit.

*Vel:*

*Apc 12, 1*

Signum magnum appáruit in cælo: múlier amícta  
sole, et luna sub pédibus eius, et super caput eius coró-  
na stellárum duódecim.

Memoria

Sanctae Mariae

in sabbato

Ad Laudes matutinas

pag. 1484

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



## RESPONSORIUM BREVE

**R.** Ave, María, grátia plena; \* Dóminus tecum.  
Ave.

**V.** Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus  
ventris tui. \* Dóminus tecum. Glória Patri. Ave.

---

**Ad Benedictus, antiphona ex sequentibus ad libitum  
sumitur:**

**1** Beatíssimæ Vírginis Maríæ commemoratióem  
devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédât  
ad Dóminum Iesum Christum.

**2** Benedícta es tu, Virgo María, a Dómino Deo  
excélso, præ ómnibus muliéribus super terram.

**3** Per te, immaculáta Virgo, nobis est vita pérdita  
data, quæ de cælo suscepísti prolem et mundo genuísti  
Salvatórem.

**4** Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum; be-  
nedícta tu in muliéribus, allelúia.

**5** Sancta et immaculáta Maríæ virgíntas, quibus te  
láudibus éfferam néscio, quia per te Redemptórem  
nostrum suscepimus, Dóminum nostrum Iesum Chri-  
stum.

**6** Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu hono-  
rificéntia pópuli nostri.

---

## PRECES

Salvatórem nostrum celebrántes, qui ex María Vírgine  
nasci dignátus est, exorémus dicéntes:

*Intercédât pro nobis mater tua, Dómine.*

O sol iustítiae, quem immaculáta Virgo ut lucens auró-  
ra præcésit,

— tríbue ut in lúmine visitatiónis tuæ semper am-  
bulémus.

Verbum ætérnum, quod Maríam habitatiónis tuæ  
arcam incorruptíbilem elegísti,

— líbera nos a corruptiÓne peccáti.

Memoria

Sanctae Mariae

in sabbato

Ad Laudes matutinas

pag. 1485

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

Salvátor noster, qui iuxta crucem matrem tuam habuísti,

— præsta ut, ipsa intercedente, communicantes tuis passionibus gaudeamus.

*(Intercédât pro nobis mater tua, Dómine.)*

Benigníssime Iesu, qui pendens in cruce, Mariám Ioánni matrem dedísti,

— da nobis ita vivere ut eius filii agnoscámur.

---

**Vel aliæ:**

Salvatórem nostrum celebrántes, qui ex María Vírgine nasci dignátus est, exorémus dicentes:

*Intercédât pro nobis mater tua, Dómine.*

Salvátor mundi, qui redemptionis tuæ virtúte ab omni peccáti labe matrem tuam præservásti,

— serva nos mundos a peccáto.

Redemptor noster, qui Víginem Mariám thálamum puríssimum habitatiónis tuæ et Spíritus Sancti fecísti sacrárium,

— nos templum tui Spíritus fac perénne.

Verbum ætérnum, quod matrem tuam docuísti óptimam sibi partem elígere,

— tríbue nobis eam imitári, cibum quæréntes, qui permáneat in vitam ætérnam.

Rex regum, qui matrem tuam córpore et ánima tecum voluísti in cælum assúptam,

— fac ut quæ sursum sunt semper cogitémus.

Dómini cæli et terræ, qui Mariám regínam a dextris tuis astáre fecísti,

— tríbue nos eiúsdem glóriæ meréri consórtium.

---

Pater noster.

**Oratio**

**Dicitur una ex sequentibus orationibus ad libitum selecta:**

**1** Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudére, et, gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, a

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

præsénti liberári tristítia, et æténa pérfrui lætítia. Per Dóminum.

**2** Famulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delíctis ignósce, ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genetrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Per Dóminum.

**3** Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsidium, ut, qui sancta Dei Genetrícis memóriam ágimus, intercessiónis eius auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per Dóminum.

**4** Adiuvet nos, quæsumus, Dómine, beátæ Mariæ semper Vírginis intercésio veneránda, et a cunctis perículis absolútos in tua fáciat pace gaudére. Per Dóminum.

**5** Sanctíssimæ venerántibus Vírginis Mariæ memóriam gloriósam, ipsíus nobis, quæsumus, Dómine, intercessióne concéde, ut de plenitúdine grátiae tuæ nos quoque mereámur accípere. Per Dóminum.

**6** Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut fidéles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Mariæ patrocínio lætántur, eius pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, et ad gáudia æténa perveníre mereántur in cælis. Per Dóminum.

**Memoria**  
Sanctae Mariae  
in sabbato  
**Ad Laudes matutinas**  
*pag. 1487*

**SUMMARIUM**

**DE TEMPORE**

**SOLLEMNITATES**

**ORDINARIUM**

**PSALTERIUM**

**COMPLETORIUM**

**REDITUM**

**COMPLEMENTARIS**

**SANCTIS**

**COMMUNIA**

**DEFUNCTORUM**

**APPENDIX**

**INDICES**

**Liturgia Horarum**  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



# COMMUNE APOSTOLORUM

## Ad I Vesperas

**HYMNUS** Exsúltet, ut ad II Vesperas, 1499.

### PSALMODIA

**Ant. 1** Vocávit Iesus discípulos suos et elégit duódecim ex ipsis, quos et Apóstolos nominávit.

### Psalmus 116 (117)

<sup>1</sup> Laudáte Dóminum, omnes gentes, \*  
collaudáte cum, omnes pópuli.

<sup>2</sup> Quóniam confirmáta est super nos  
misericórdia eius, \*  
et véritas Dómini manet in ætérnum.

**Ant.** Vocávit Iesus discípulos suos et elégit duódecim ex ipsis, quos et Apóstolos nominávit.

**Ant. 2** Relíctis rétibus suis, secúti sunt Dóminum redemptórem.

### Psalmus 147 (147 B)

<sup>12</sup> Lauda, Ierúsalem, Dóminum; \*  
colláuda Deum tuum, Sion.

<sup>13</sup> Quóniam confortávit seras portárum tuárum, \*  
benedíxit fíliis tuis in te.

<sup>14</sup> Qui ponit fines tuos pacem \*  
et ádipe fruménti sátiat te.

<sup>15</sup> Qui emíttit elóquium suum terræ, \*  
velóciter currit verbum eius.

<sup>16</sup> Qui dat nivem sicut lanam, \*  
pruínam sicut cínerem spargit.

<sup>17</sup> Mittit crystállum suam sicut buccéllas; \*  
ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Commune  
Apostulorum

Ad I Vesperas  
pag. 1488

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

<sup>18</sup> Emíttet verbum suum, et liquefaciet ea, \*  
fiabit spíritus eius, et fluent aquæ.

<sup>19</sup> Qui annúntiat verbum suum Iacob, \*  
iustítias et iudícia sua Israel.

<sup>20</sup> Non fecit táliter omni natióni \*  
et iudícia sua non manifestávit eis.

**Ant.** Relíctis rétibus suis, secúti sunt Dóminum  
redemptórem.

**Ant. 3** Vos estis amíci mei, quia in dilectióne mea  
perseverástis.

### Canticum

Eph 1, 3-10

<sup>3</sup> Benedíctus Deus

et Pater Dómini nostri Iesu Christi, \*  
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli  
in cæléstibus in Christo,

<sup>4</sup> sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutióne, †  
ut essémus sancti et immaculáti \*  
in conspéctu eius in caritáte;

<sup>5</sup> qui prædestinávit nos in adoptiÓnem filiÓrum †  
per Iesum Christum in ipsum, \*  
secúndum beneplácitum voluntátis suæ,

<sup>6</sup> in laudem glóriæ grátiae suæ, \*  
in qua gratificávit nos in Dilécto,

<sup>7</sup> in quo habémus redemptiÓnem  
per sánguinem eius, \*  
remissiÓnem peccatórum,

secúndum divítias grátiae eius, †  
<sup>8</sup> quam superabundáre fecit in nobis \*  
in omni sapiéntia et prudéntia,

<sup>9</sup> notum fáciens nobis  
mystérium voluntátis suæ,  
secúndum beneplácitum eius, —

Commune  
Apostulorum

Ad I Vesperas  
pag. 1489

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III  
© Breviario Digitale  
2014

quod propósuit in eo, \*

<sup>10</sup> in dispensatióem plenitúdinis témporum:  
recapituláre ómnia in Christo, \*  
quæ in cælis et quæ in terra, in ipso.

**Ant.** Vos estis amíci mei, quia in dilectiône mea perseverástis.

## LECTIO BREVIS

Act 2, 42-45

Erant omnes perseverántes in doctrína apostolorum et communicatióem, in fractiône panis et oratióibus. Fiébat autem omni ánimæ timor; multa quoque prodígia et signa per apóstolos fiébant. Omnes autem, qui credíderant, erant páriter et habébant ómnia commúnia; et possessiões et substántias vendébant et dividébant illas ómnibus, prout cuíque opus erat.

## RESPONSORIUM BREVE

Io 13, 35

**R.** In hoc cognóscent omnes, \* Quia mei estis discipuli. In hoc.

**V.** Si dilectiõem habuéritis ad ívicem. \* Quia mei estis discipuli. Glória Patri. In hoc.

**Ad Magnificat, ant.** Non vos me elegístis, sed ego elégi vos et pósui vos, ut eátis et fructum afferátis, et fructus vester máneat.

## PRECES

Superædificáti, fratres, super fundaméntum Apostolorum, orémus Patrem omnipoténtem pro pópulo sancto eius, dicétes:

*Recordáre Ecclésiæ tuæ, Dómine.*

Pater, qui voluísti Fílium tuum, a mórtuis suscitátum, prius Apóstolis fieri manifestum,  
— præsta, ut eius testes simus usque ad últimum terræ.

Commune  
Apostulorum

Ad I Vesperas  
pag. 1490

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



Qui Fílium tuum misísti in mundum evangelizáre  
paupéribus,

— da, ut omni creatúræ Evangélium prædicémus.

Qui tuum misísti Fílium semináre semen verbi,

— concéde, ut, verbum seminántes cum labóre, fruges  
metámus in gáudio.

Qui Fílium tuum misísti reconciliáre tibi mundum per  
sánguinem suum,

— tríbue, ut ad reconciliatiónem omnes cooperémur.

Qui Fílium tuum ad déxteram tuam in cæléstibus con-  
stituísti,

— defúntos in regnum beatitúdinis admítte.

Pater noster.

*Oratio, ut in Proprio de Sanctis.*

### **Ad Invitorium**

*Ant.* Regem Apostolorum Dóminum, veníte, ado-  
rémus.

*Psalmus invitatorius, ut in Ordinario, 565.*

### **Ad Officium lectionis**

#### **HYMNUS**

O sempitérnæ cúriæ  
regis suprémi príncipes,  
quos ipse Iesus édocens  
donávit orbi Apóstolos,

Supérna vos Ierúsalem,  
lucérna cuius Agnus est,  
gemmas micántes póssidet,  
præclára vos fundámina.

Vos et celébrat grátulans  
nunc sponsa Christi Ecclésia,  
quam sermo vester éxcit,  
quam consecrástis sáanguine.

Commune  
Apostulorum

Ad I Vesperas  
pag. 1491

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

Cadéntibus cum sáeculis  
iudex Redémptor séderit,  
qua laude vos sedébitis,  
senátus altæ glóriæ!

Nos ergo vestra iúgiter  
prex adiuvándo róbolet,  
fudístis ut quæ sémina  
in grana cæli flóreant.

ÆtéRNA Christo glória,  
qui fecit esse núnctios  
vos Patris, atque Spíritus  
replévit almo númine. Amen.

## PSALMODIA

**Ant. 1** In omnem terram exívit sonus eórum, et in  
fines orbis terræ verba eórum.

### Psalmus 18 (19) A

- <sup>2</sup> Cæli enárrant glóriam Dei, \*  
et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.
- <sup>3</sup> Dies diéi erúctat verbum, \*  
et nox nocti índicat sciéntiam.
- <sup>4</sup> Non sunt loquélæ neque sermónes, \*  
quorum non intellegántur voces:
- <sup>5</sup> in omnem terram exívit sonus eórum, \*  
et in fines orbis terræ verba eórum.
- <sup>6</sup> Soli pósuit tabernáculum in eis, †  
et ipse, tamquam sponsus procédens  
de thálamó suo, \*  
exsultávit ut gigas ad curréndam viam.
- <sup>7</sup> A fínibus cælórum egréssio eius, †  
et occúrsus eius usque ad fines eórum, \*  
nec est quod se abscóndat a calóre eius.

Commune  
Apostulorum

Ad Off Lectionis  
pag. 1492

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

**Ant.** In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

**Ant. 2** Annuntiavérunt ópera Dei, et facta eius intellexérunt.

### Psalmus 63 (64)

- <sup>2</sup> Exáudi, Deus,  
vocem meam in meditatióne mea;  
a timóre inimíci custódi ánimam meam.
- <sup>3</sup> Prótege me a convéntu malignántium, \*  
a multítudine operántium iniquitátem.
- <sup>4</sup> Qui exacuérunt ut gládium linguas suas, †  
intendérunt sagíttas suas, venéfica verba, \*  
<sup>5</sup> ut sagíttent in occúltis immaculátum.  
Súbito sagittábunt eum et non timébunt, \*  
<sup>6</sup> firmavérunt sibi consílium nequam.  
Disputavérunt, ut abscónderent láqueos, \*  
dixerunt: « Quis vidébit eos? ».
- <sup>7</sup> Excogitavérunt iníqua, †  
perfecérunt excogitáta consília.  
Interióra hóminis et cor eius abýssus.
- <sup>8</sup> Et sagittávit illos Deus; †  
súbito factæ sunt plagæ eórum,  
<sup>9</sup> et infirmávit eos lingua eórum.  
Caput movébunt omnes, qui vidébunt eos, \*  
<sup>10</sup> et timébit omnis homo;  
et annuntiábunt ópera Dei \*  
et facta eius intéllegent.
- <sup>11</sup> Lætábitur iustus in Dómino et sperábit in eo, \*  
et gloriabúntur omnes recti corde.

**Ant.** Annuntiavérunt ópera Dei, et facta eius intellexérunt.

**Ant. 3** Annuntiavérunt iustítiam eius, et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.



## Psalmus 96 (97)

- <sup>1</sup> Dóminus regnávít! Exsúltet terra, \*  
læténtur ínsulæ multæ.
- <sup>2</sup> Nubes et calígo in circúitu eius, \*  
iustítia et iudícium firmaméntum sedis eius.
- <sup>3</sup> Ignis ante ipsum præcédet \*  
et infiammábit in circúitu inimícos eius.
- <sup>4</sup> Illustrárunt fúlgura eius orbem terræ: \*  
vidit et contrémuit terra.
- <sup>5</sup> Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, \*  
a fácie Dómini omnis terra.
- <sup>6</sup> Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, \*  
et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.
- <sup>7</sup> Confundántur omnes, qui adórant sculptília, †  
et qui gloriántur in simulácris suis. \*  
Adoráte eum, omnes ángeli eius.
- <sup>8</sup> Audívit et lætáta est Sion, †  
et exsultavérunt fíliæ Iudæ  
propter iudícia tua, Dómine.
- <sup>9</sup> Quóniam tu Dóminus,  
Altíssimus super omnem terram,  
nimis exaltátus es super omnes deos.
- <sup>10</sup> Qui dilígitis Dóminum, odíte malum; †  
custódit ipse ánimas sanctórum suórum, \*  
de manu peccatóris liberábit eos.
- <sup>11</sup> Lux orta est iusto, \*  
et rectis corde lætítia.
- <sup>12</sup> Lætámini, iusti, in Dómino \*  
et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

**Ant.** Annuntiavérunt iustítiam eius, et vidérunt  
omnes pópuli glóriam eius.

**V.** Narravérunt laudes Dómini et virtútes eius.

**R.** Et mirabília eius quæ fecit.

Commune  
Apostulorum

Ad Off Lectionis  
pag. 1494

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

## LECTIO PRIOR

De Epístula prima beáti Pauli apóstoli  
ad Corínthios

4, 1-16

*Imitatores simus Apostoli,  
sicut Apostolus imitator est Christi*

Fratres: <sup>1</sup> Sic nos exístimet homo ut minístros Christi et dispensatóres mysteriórum Dei. <sup>2</sup> Hic iam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. <sup>3</sup> Mihi autem pro mínimo est, ut a vobis iúdicer aut ab humano die. Sed neque meípsum iúdico; <sup>4</sup> nihil enim mihi cóncius sum, sed non in hoc iustificátus sum. Qui autem iúdicat me, Dóminus est! <sup>5</sup> Itaque nolíte ante tempus quidquam iudicáre, quoadúsque véniat Dóminus, qui et illuminábit abscóndita tenebrárum et manifestábit consília córdium; et tunc laus erit unicuíquē a Deo.

<sup>6</sup> Hæc autem, fratres, transfigurávi in me et Apóllo propter vos, ut in nobis discátis illud: « Ne supra quæ scripta sunt », ne unus pro álio inflémini advérsus áltérum. <sup>7</sup> Quis enim te discérnit? Quid autem habes, quod non accepísti? Si autem accepísti, quid gloriáris, quasi non accéperis?

<sup>8</sup> Iam saturáti estis, iam dívites facti estis. Sine nobis regnástis; et útinam regnarétis, ut et nos vobíscum regnarémus. <sup>9</sup> Puto enim, Deus nos apóstolos novíssimos osténdit tamquam morti destinátos, quia spectáculum facti sumus mundo et ángelis et homínibus. <sup>10</sup> Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo; nos infírmi, vos autem fortes; vos gloriósi, nos autem ignóbiles. <sup>11</sup> Usque in hanc horam et esurímus et sitímus et nudi sumus et cólaphis cædimur et instábiles sumus <sup>12</sup> et laborámus operántes mánibus nostris; maledícti benedícimus, persecutióne passí sustinémus, <sup>13</sup> blasphemáti obsecrámus; tamquam purgaménta mundi facti sumus, ómnium peripséma, usque adhuc.

Commune  
Apostolorum

Ad Off Lectionis  
pag. 1495

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

<sup>14</sup> Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut quasi fílios meos caríssimos móneam; <sup>15</sup> nam si decem mília pædagogórum habeátis in Christo, sed non multos patres, nam in Christo Iesu per evangélium ego vos génui. <sup>16</sup> Rogo ergo vos: imitatóres mei estóte!

## RESPONSORIUM

Io 15, 15; Mt 13, 11. 16

**R.** Iam non dicam vos servos, vos autem dixi amícos, \* Quia ómnia, quæ audívi a Patre meo, nota feci vobis.

**V.** Vobis datum est nosse mystéria regni cælórum; vestri beáti óculi, quia vident, et aures, quia áudiunt. \* Quia.

LECTIO ALTERA sumitur e Proprio de Sanctis.

In sollemnitatibus et festis, Te Deum, 568.

Oratio, ut in Proprio de Sanctis.

## Ad Laudes matutinas

HYMNUS, ut in Proprio de Sanctis.

**Ant. 1** Hoc est præcéptum meum, ut diligátis ín-vicem, sicut diléxi vos.

Psalmi et canticum de dominica hebd. I, 599.

**Ant. 2** Maiórem caritátem nemo habet, ut ánimam suam ponat quis pro amícis suis.

**Ant. 3** Vos amíci mei estis, si fecéritis quæ præcípío vobis, dicit Dóminus.

## LECTIO BREVIS

Eph 2, 19-22

Iam non estis extránei et ádvenæ, sed estis concíves sanctórum et doméstici Dei, superædificáti super fundaméntum apostolórum et prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Iesu, in quo omnis ædificátió compácta crescit in templum sanctum in Dómino, in quo et vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu.

Commune  
Apostulorum

Ad Off Lectionis  
pag. 1496

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



## RESPONSORIUM BREVE

**R.** Constítues eos príncipes \* Super omnem terram.  
Constítues.

**V.** Mémoires erunt nóminis tui, Dómine. \* Super omnem terram. Glória Patri. Constítues.

**Ad Benedictus, ant.** In fundaméntis civitátis sanctæ Ierúsalem nómina duódecim Apostolórum Agni; et lucérna eius est Agnus.

## PRECES

Fratres caríssimi, hereditátem cæléstem ab Apóstolis habétes, grátias agámus Patri nostro pro ómnibus donis eius, clamátes:

*Te laudat Apostolórum chorus, Dómine.*

Laus tibi, Dómine, pro mensa Córporis et Sánguinis Christi, nobis ab Apóstolis tráda,

— qua refícimur et vívimus:

*Te laudat Apostolórum chorus, Dómine.*

Pro mensa verbi tui, nobis ab Apóstolis paráta,

— qua lumen et gáudium nobis dantur:

*Te laudat Apostolórum chorus, Dómine.*

Pro Ecclésia tua sancta, super Apóstolos ædificáta,

— qua in unum concorporámur:

*Te laudat Apostolórum chorus, Dómine.*

Pro lavácro baptísmi et pæniténtiæ, Apóstolis con-  
crédito,

— quo ab ómnibus peccátis ablúimur:

*Te laudat Apostolórum chorus, Dómine.*

Pater noster.

**Oratio, ut in Proprio de Sanctis.**

## Ad Horam mediam

### Ad Tertiam

**Ant.** Eúntes prædicáte Evangélium regni; gratis accepístis, gratis date.

Commune  
Apostulorum

Ad Laudes matutinas  
pag. 1497

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

Pósuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis. Pro Christo ergo legatióne fúngimur, tamquam Deo exhortánte per nos. Obsecrámus pro Christo: reconciliámini Deo.

*V.* In omnem terram exívit sonus eórum.

*R.* Et in fines orbis terræ verba eórum.

## Ad Sextam

*Ant.* Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem sæculi.

Per manus apostolórum fiébant signa et prodígia multa in plebe. Magis autem addebántur credéntes Dómino, multitúdines virórum ac mulierum.

*V.* Custodiébant testimónia Dei.

*R.* Et præcépta eius.

## Ad Nonam

*Ant.* In paciéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Pro psalmis gradualibus, loco psalmi 125 (126) dici potest 128 (129), 1067.

Ibant apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine contuméliam pati; et omni die in templo et circa domos non cessábant docéntes et evangelizántes Christum, Iesum.

*V.* Gaudéte et exsultáte, dicit Dóminus.

*R.* Quia nómina vestra scripta sunt in cælis.

*Oratio, ut in Proprio de Sanctis.*

## Ad II Vesperas

### HYMNUS

Exsúltet cælum láudibus,  
resúltet terra gáudiis:  
Apostolorum glóriam  
sacra canunt sollémnia.

Vos, sæcli iusti iúdice  
et vera mundi lúmina,  
votis precámur córdium,  
audíte preces súpplicum.

Qui cælum verbo cláudit  
serásque eius sólvitis,  
nos a peccátis ómnibus  
sólvite iussu, quæsumus.

Quorum præcépto súbditur  
salus et languor ómnium,  
sanáte ægros móribus,  
nos reddéntes virtútibus,

Ut, cum iudex advénerit  
Christus in fine sæculi,  
nos sempitérni gáudii  
fáciat esse cómpotes.

Deo sint laudes glóriæ,  
qui dat nos evangélicis  
per vos doctrínis ínstrui  
et prósequi cæléstia. Amen.

### PSALMODIA

**Ant. 1** Vos estis, qui permansístis mecum in tentatió nibus meis.

### Psalmus 115 (116 B)

<sup>10</sup> Crédidi, étiam cum locútus sum: \*

« Ego humiliatus sum nimis ».

<sup>11</sup> Ego dixi in trepidatió ne mea: \*

« Omnis homo mendax ». —

Commune  
Apostulorum

Ad II Vesperas  
pag. 1499

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014



<sup>12</sup> Quid retríbuiam Dómino \*  
pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

<sup>13</sup> Cálícem salutáris accípíam \*  
et nomen Dómini invocábo.

<sup>14</sup> Vota mea Dómino reddam \*  
coram omni pópulo eius.

<sup>15</sup> Pretiósá in conspéctu Dómini \*  
mors sanctórum eius.

<sup>16</sup> O Dómine, ego servus tuus, \*  
ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: †  
<sup>17</sup> tibi sacrificábo hóstiám laudis \*  
et nomen Dómini invocábo.

<sup>18</sup> Vota mea Dómino reddam \*  
coram omni pópulo eius

<sup>19</sup> in átriis domus Dómini, \*  
in médio tui Ierúsalem.

**Ant.** Vos estis, qui permansístis mecum in tenta-  
tiónibus meis.

**Ant. 2** Ego in médio vestrum sum, sicut qui mi-  
nístrat.

### Psalmus 125 (126)

<sup>1</sup> In converténdo Dóminus captivitátem Sion, \*  
facti sumus quasi somniántes.

<sup>2</sup> Tunc replétum est gáudio os nostrum, \*  
et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicébant inter gentes: \*  
« Magnificávit Dóminus fácere cum eis ». \*

<sup>3</sup> Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; \*  
facti sumus lætántes.

<sup>4</sup> Convérte, Dómine, captivitátem nostram, \*  
sicut torréntes in austro.

<sup>5</sup> Qui sémant in lácrimis, \*  
in exsultatióne metent. —

Commune  
Apostulorum

Ad II Vesperas  
pag. 1500

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

<sup>6</sup> Eúntes ibant et flebant \*  
semen spargéndum portántes;  
veniéntes autem vénient in exsultatióne \*  
portántes manípulos suos.

*Ant.* Ego in médio vestrum sum, sicut qui minístrat.

*Ant. 3* Iam non dicam vos servos sed amícos meos,  
quia ómnia, quæcúmque audívi a Patre meo, nota feci  
vobis.

### Canticum

Eph 1, 3-10

<sup>3</sup> Benedíctus Deus  
et Pater Dómini nostri Iesu Christi, \*  
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli  
in cæléstibus in Christo,  
<sup>4</sup> sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutióne, †  
ut essémus sancti et immaculáti \*  
in conspéctu eius in caritáte,  
<sup>5</sup> qui prædestinávit nos in adoptiÓnem filiÓrum †  
per Iesum Christum in ipsum, \*  
secúndum beneplácitum voluntátis suæ,  
<sup>6</sup> in laudem glóriæ grátiae suæ, \*  
in qua gratificávit nos in Dilécto,  
<sup>7</sup> in quo habémus redemptiÓnem  
per sánguinem eius, \*  
remissiÓnem peccatórum,  
secúndum divítias grátiae eius, †  
<sup>8</sup> qua superabundávit in nobis \*  
in omni sapiéntia et prudéntia  
<sup>9</sup> notum fáciens nobis  
mystérium voluntátis suæ, \*  
secúndum beneplácitum eius,  
quod propósuit in eo, \*  
<sup>10</sup> in dispensatiÓnem plenitúdinis témporum:  
recapituláre ómnia in Christo, \*  
quæ in cælis et quæ in terra.

Commune  
Apostulorum

Ad II Vesperas  
pag. 1501

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III

© Breviario Digitale  
2014

**Ant.** Iam non dicam vos servos sed amicos meos, quia omnia, quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

## LECTIO BREVIS

Eph 4, 11-13

Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad instructionem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

## RESPONSORIUM BREVE

**R.** Annuntiáte inter gentes \* Glóriam Dómini. Annuntiáte.

**V.** In ómnibus pópulis mirabília eius. \* Glóriam Dómini. Glória Patri. Annuntiáte.

**Ad Magnificat, ant.** In regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede maiestátis suæ, sedébitis et vos iudicántes duódecim tribus Israel.

## PRECES

Superædificáti, fratres, super fundaméntum Apostolorum, orémus Patrem omnipoténtem pro pópulo sancto eius, dicétes:

*Recordáre Ecclesiæ tuæ, Dómine.*

Pater, qui voluísti Fílium tuum, a mórtuis suscitátum, prius Apóstolis fieri manifestum,

— præsta, ut eius testes simus usque ad últimum terræ.

Qui Fílium tuum misísti in mundum evangelizáre paupéribus,

— da, ut omni creatúræ Evangélium prædicémus.

Commune  
Apostulorum

Ad II Vesperas  
pag. 1502

SUMMARIUM

DE TEMPORE

SOLLEMNITATES

ORDINARIUM

PSALTERIUM

COMPLETORIUM

REDITUM

COMPLEMENTARIS

SANCTIS

COMMUNIA

DEFUNCTORUM

APPENDIX

INDICES

Liturgia Horarum  
tomo III  
© Breviario Digitale  
2014



Qui tuum misisti Fílium semináre semen verbi,  
— concéde, ut, verbum seminántes cum labóre, fruges  
metámus in gáudio.

Qui Fílium tuum misisti reconciliáre tibi mundum per  
sánguinem suum,

— tríbue, ut ad reconciliatiónem omnes cooperémur.

Qui Fílium tuum ad déxteram tuam in cæléstibus con-  
stituísti,

— defúntos in regnum beatitúdinis admítte.

Pater noster.

*Oratio, ut in Proprio de Sanctis.*

*Commune  
Apostulorum*

*Ad II Vesperas  
pag. 1503*

**SUMMARIUM**

**DE TEMPORE**

**SOLLEMNITATES**

**ORDINARIUM**

**PSALTERIUM**

**COMPLETORIUM**

**REDITUM**

**COMPLEMENTARIS**

**SANCTIS**

**COMMUNIA**

**DEFUNCTORUM**

**APPENDIX**

**INDICES**

*Liturgia Horarum  
tomo III*

*© Breviario Digitale  
2014*